



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

**Parisiis, 1644**

XIV. De censibus & exactionibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15490**

dientia parochiali , sic alios parochianos & nobis  
aut vicario nostro eosdem nihilo minus denuntiare  
non omittant.

ANNO  
CHRISTI  
1449.

X I I I.

Quamvis patroni & aduocati sint in subsidium ecclesiarum admissi , s̄æpe tamen hoc tendit ad noxam & oppressionem , vt inde sentiant detrimentum , quod a defensione noscitur institutum : & infra constitutione præsenti sancimus & volumus , quod tam patroni quam aduocati ecclesiarum , cuiuscumque præminentiaæ aut status fuerint , gratia permitta , & antiquis iuribus ipsis & eorum progenitoribus in institutione prima , seu cum ipsis ad aduocatus a principio per eos ad quos pertinuit , suscipiebantur , deputatis , penitus & omnino stent contenti , & pro posse suo statum , honorem & res ecclesiarum requisiti fideliter tueantur & defendant . Item si patronatus plures filios aut heredes dereliquerit , omnes illi succedant in stirpem & in locum defuncti , ac nihil plus exigant , extorqueant vel recipiant , quam ei debebatur , in cuius locum & ius successerunt . Et nihilo minus sicut defunctus ecclesiastiam defendere , teneantur . Si quis vero in extorsione aut receptione iuris aduocatiæ modum exceperit memoratum , aut patronatus occasione , iure suo priuetur , & nihilo minus sicut raptor & spoliator ecclesiæ puniatur .

X I V.

Quamvis res ecclesiasticæ non ad alium quam pium usum in quem ordinatæ sunt , expendi debant , salua sedis apostolicæ auctoritate , quidam

ramen

ANNO CHRISTI 1440. tamen prælati & alii clerici plus timentes terrenam quam diuinam offendere maiestatem , non verentur laicis ecclesias quantum in eis est facere tributarias. Et infra : Sub excommunicationis poena inhibemus vniuersis prælatis & clericis nostræ dicecessis, ne nouam \*steuram, aut quamvis aliam exactiō nem , laicis soluere præsumant , non habita super hoc superioris sui licentia speciali & expressa.

Item inhibemus omnibus clericis nostræ dicecessis sub poena iam dicta , ne aliquis eorum decano aut archidiacono sine nostro aut vicarii nostri mandato collectam vel exactiōnem soluere præsumat.

## X V.

Cupientes affectum deuotionis augmentari , mandamus in virtute sanctæ obedientiæ , & volumus omnes sacerdotes , qui parochiis præsunt , singulis diebus dominicis aquam & sal benedicere , ac eosdem una cum toto clero ad ipsas ecclesias spestante horis consuetis ante Missarum solennia processionaliter circumire. Ut autem populus ad huiusmodi processiones inuitetur , omnibus vere poenitentibus confessis & contritis ipsam processionem deuote sequentibus , ac illis qui huiusmodi processionibus libenter interessent , sed quo minus intersint custodia bonorum suorum , infirmitate aut alio legitimo impedimento detinentur , sub fiducia diuinæ pietatis de thesauro ecclesiæ quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer relaxamus , & easdem indulgentias per rectores supradictos volumus exhinc publicari.

Concil. Tom. 33.

Vuuu